

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Iusticia et iustus s  
cum fonte primo

Iusticia est reddere unicuique quod suum est;  
tribue ergo tribus que sua sunt:  
superiori, equali, inferiori.

Redde reuerenciam prelato et  
obedienciam quorum altera cordis, altera  
corporis est.

Tribue equali  
consilium quo ignorancia erudiat et  
auxilium quo infirmitas iuuetur.

Tribue subiecto  
custodiam, ut possit cauere peccatum, et  
disciplinam, ut quod minus cauit minime  
maneat impunitum.

Bernardus in sermone.

Iustitia virtus est, quod suum est unicuique  
tribuens. Tribue ergo tribus quae sua sunt.  
Redde superiori, redde inferiori, redde aequali  
cuique quod debes, et digne celebras adventum  
Christi, parans ei in iustitia sedem suam.  
Redde, inquam, reverentiam praelato et  
oboedientiam, quarum altera cordis, altera  
corporis est.

Bernardus Claraevallensis, *Sermones*, 3, 4 (SBO  
4, J. Leclercq, C.H. Talbot, & H.M. Rochais  
eds., p.178, ll.4-8).

Haec enim volumus ut et ipsi nobis impendant:  
consilium quo erudiatur ignorantia nostra,  
auxilium quo iuuetur infirmitas nostra.

Bernardus Claraevallensis, *Sermones*, 3, 5 (SBO  
4, J. Leclercq, C.H. Talbot, & H.M. Rochais  
eds., p.178, ll.16-18).

Exigit a te et ipse custodiam et disciplinam:  
custodiam quidem, ut possit cauere peccatum;  
disciplinam vero, ut quod minus cavuit, minime  
maneat impunitum.

Bernardus Claraevallensis, *Sermones*, 3, 6 (SBO  
4, J. Leclercq, C.H. Talbot, & H.M. Rochais  
eds., p.179, ll.10-12).